Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Qui habitantes in domo sua dicunt daniel · quia ipse
est liberator et salvator sanctus signa et mirabilia in de
lo et in terra · qui liberavit daniel de lacu leonum · Sin
illo t. Ambulabat ihesus in galileam · Johannem ·
Non enim volebat in iudeam ambulare · quia querebant
eum iudei interficere · Erat autem in proximo dies festus iudo-
rum scenopheya · Dixerunt ergo ad eum fres eius · Transi
hinc et vade in iudeam · ut et discipuli tui videant opera
tua que tu facis · Nemo quippe in occulto quid facit
et querit ipse in palam esse · Si hec facis manifestas te
ipsum mundo · Neque enim fres eius credebant in eum · Dixit
ergo eis ihesus · Tempus meum nondum advenit · Tempus
autem vestrum semper est paratum · Non potest mundus
odisse vos me autem odit quia testimonium phibeo de illo
quia opera eius mala sunt · Vos ascendite ad diem fes-
tum hunc · ego non ascendam ad diem festum istum ·
quia meum tempus nondum impletum est · Hec cum
dixisset · ipse mansit in galylea · Ut autem ascenderunt fra-
tres eius · tunc et ipse ascendit ad diem festum non ma-
nifestede sed quasi in occulto · Judei ergo querebant eum
in die festo · et dicebant · Ubi est ille · Et murmur multus
de eo erat in turba · Quidam enim dicebant quia est alius
autem dicebant non · sed seducit turbas · Nemo tamen pa-
lam loquebatur · propter metum iudeorum de illo · Sed ma-
gis diebus illis · Locutus est dominus · Lectio · Lectio
ad moysen dicens · Ego dominus deus tuus · Non facies
furtum · non mechaberis · non deceptabis · non
furabis · non pronunbis · nomen meum · nec pollues
nomen domini dei tui · Ego dominus · Non facies celatum